



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria V. post Dom. II. Quadrages. 14. Favores hujus vitæ sunt odia,
ècontra verò infortunia hujus mundi sunt fortunæ, quia qui hic laborat, ibi
quiescet, & è contra qui in hac vita ridet, in altera ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

S E R M O XIV.
 IN FERIAM QUINTAM
 D O M I N I C Æ II.
 Q U A D R A G E S I M Æ.

Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide: mortuus est, & sepultus est in inferno. Et erat quidam mendicium nomine Lazarus &c. Joan. cap. 16.

1. **E**A est inter hujus mortalis vitæ prosperitatem & adversitates differentia, quæ inter duos viatores, quorum unus per mare, alter verò per terram iter suum conficit & absolvit. Prosperitas enim viatori maritimo itinere proficicenti comparatur, adversitates autem in eo representantur, qui in terra sicca peregrinatur. Hic enim præter ingens quod in locis suis patitur dispendium, in ea est miseriarum vicissitudo, ut æstivo tempore vapulet à sole, à calore affigatur, pulvis eum excœcet & quasi suffocet, terra plantas ejus adurat, nunc montium ardua ascendere, nunc in vallium humilitates declinare, aut per incultas sylvas inter spinas & stirpes, inter sepes & saxa peragrinari cogatur. Excessivum calorem, quo mediis in sudoribus à fronte dimanantibus molestat, frigida temperare molitur sed sæpè frustra, ossa ejus perpetuo motu fracta languescunt, non respicit quin suspirat, gressus non movet, quin doleat, ex peracto itinere lassus per reliquum vitæ magis defatigatur. E longinquo rivulum videns ad eum anhelus aspirat, ut per ejus puras undas aridas fauces reficiat, at quantum firis ad eum assequendum sollicitat, tantumdem lassitudo eum impedit, quo minus ad eum perveniat, adeò ut utrimque percussus nullum quo ab hisce cor ejus infestantibus molestiis se tueatur, inveniat subsidium, dum se longi & laboriosi itineris terminum assecutum esse credit, oculo loci viciniam persuadente, adeo ut civitatem in qua defatigata membra

reficere intendit, digito manus quasi tangere videatur, pes ejus è contra, qui distantiam gressibus metitur, quam sit oculus fallax, & dignum mendax, clarè demonstrat: quod si vetò turbundus viator per hiemis rigores, iter suum promoveat, à variis quatitur actis injuriis: nam pluvia ad cutem usque eum humectant, venti coquant, nives obtegunt, viæ obsemitas nibus contextas & luto impervias, gressus minime securos efficiunt, frigus hybernium ad ipsa usque viscera penetraret, nisi nives velut compitentes extemporaneum ei facerent pallium. Denique quotquot per terram conficiantur itinera, quovis etiam anni tempore inchoata, liborem quandam secum intolerabilem trahunt, totque viatorem afficiunt molestiis, quot movetur gressibus. Verumtamen ex altera parte verum est, quod solidum terræ spatium perambulans, pede securus, extra omne constitutus sit naufragii periculum, & salvus appellatur, quo licet eum negotia vocantur. Unde S. Bernardus beatus dicit: *Laboriosior forrè via videtur inter ardua collium, & aspera rupium, sed expertis longe jucundior, & desiderabilior invenitur.*

2. Verum quidem est, ô Auditores, quod iter maritimum (si tamen aliquam ejus habetis experientiam) multis sit commoditatibus affectum: nam progredietis, nec te moros, locum mutas & firmus persistis, tempus dormiendo non perdis, quietis & tamen procedis, otiaris & iter proficis. O quanta felicitas! Non molestaris ab æstu, nec à frigore quicquam patris adversi, vela Solis ardores mitigant,

ingent a pluvii navium tabulae defendunt, denique a laro & palvere immunitis progredieris, non coalescunt laboriosa alpiam juga, sed absque ulla impedimento serenam maris facilliter sulcas plantarem, si ve mensae acumbas vigilans, si ve dormiens in lecto decumbas, nihil tuo decedit. Quanta est itineris maritimi jucunditas, quod mille tonitruum est commoditas, quod nulla laboris, aut latitudinis experientia, ac proinde millies benedicti sunt Jason & Typhis, qui modum adeo jucundum, & facillimum proficisci invenerunt. Verum enim vero non omne, quod splendet, aurum est: omnia reatum suum panis obliquitatem, si quidem tot maris incommoda multis quoque naufragiorum conatibus periculis: improvisus enim crebris Aquilo utat procellosum conturbat, vel hebetis, confundit antennam, extra propositi vias sententiam navim divertit, impellit in scopos, totamque navis machinam confingit, in uno unico momento inter tot tempestatum horum viatores submergatur; ac proinde veteris illi Ecclesiastici sententia: *Qui mare navigant parant pericula ejus.* Eccl. 43. Joseph Pharaonem tetrae expertus est pericula, utpote cetera furum passus, ab his venditus, & tantum non morte extinctus, apud Patipharem calumniam & carceris expertus, ecce itineris molestem; mox vero tot perpeffa aerumnarum veluti innotis confecti lassitudines per Viceregis Aegyptii dignitatem compensatae fuerunt: at vero in illa mari navigavit propositi faventis fortuna, veato navis suae puppim promovente, adeo ut in hoc iter in ejus gremium omnigenae commoditatis & facillimitatis plenitudo congesta fuerit, quam regia desiderare magnificentia posset, ut vero improvisa oborta tempestas in aerumnarum scopulos eum infeliciter impexit, adeo ut regnum viamque pariter perdendo, in profundum abyssi miserentem abyssum naufragatus. Optime regitur & serenissima regia domo prognata nobilitas mulier, ut Poeta quidam refert, dicere sole-

3. Epulonis hodierni vita iter quoddam fuit maritimum, utpote quae commoditatibus, delictis, & voluptatibus superflue abundavit: *Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura, & bysso, epulabatur quotidie splendide:* ac vero ad mortis scopulum allidens collisus, & in Inferni abyssum praecipitatus fuit: *Mortuus est dives, & sepultus est in Inferno.* Lazarus autem Evangelicus in terra summa peregrinatus est, pauper, ulcerosus, famelicus, & miserabilis: *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, & nemo illi dabat.* Verum tamen securus iter suum absolvit, sine ullo naufragii periculo, atque ad ultimum beatitudinis aeternae finem salvus & integer pervenit: *Factum est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahae.* Vita peccatoris itineris maritimi similitudinem refert, nam prosperitas ejus in aduersitatem, beneficia in maleficia, & favores in supplicia infelicitate vicissitudine commutantur: *Omnia cooperantur in malum.* Vita autem iusti iter quoddam est terrestre, si quidem aduersitates ejus in prosperitates, maleficia in beneficia, & favores in supplicia facillime vertuntur: *Omnia cooperantur in bonum, & portatur ab Angelis in sinum Abrahae.* Id quod in praesenti discursu prolixius sum exposueris, quod dum facio, dicenti favere & attendite.

3. *Homo quidam erat dives, &c.* Eventus vitae humanae adeo sunt variabiles, ut suam quovis momento faciem mutent; cum negotium aliquod pugno tuo clausisse videris, subito e manu tua abieptum esse experitis. Et nunc inclutus belli dux tubarum, lituorumque clangore victoriam sibi ominatur, cum ecce inimici praevalescentes eum invadunt & totaliter prosterunt: *Varius est eventus belli.* In magnifico gloriae curru circumvehatur impertentis ille Madaonita, paulo post vero a debili & inermi Gedeonis exercitu sternitur & dissipatur. Superbum illud gigantum monstrum arrogantia & praesumptuoso saltu tumidus in publicum prodibat, & quando impropetis suis integras Israelitici exercitus phalanges petteruisse & in fugam adigisse credebaris: a vili quodam pastorculo pet excussus e funda lapillum in ejus frontem in terram prostratus & occisus est. Nota quoque sunt ea, quae Sifarae, Absaloni, Sauli, Pharaoni & Holoferni acciderunt adversa fortunae exempla. Quot sunt qui omnimoda sunt certitudine securi, futurum, ut adversarios suos devictos.

C c & supe-

Optio si deus sortis milioi: *saemina princeps*
 Dicebat: *moda vivere forte velim:*
Suaquam media, tum dura vivere malim
Quam nimia rerum prosperitate frui.
 Erygum sae aditum: *ratiouque proi- de*
 Aegyptia: *et clara Principe digna fuit.*
 Non desunt miseris solatio, dicit: *at illum*
 Qui nimis est facilis menti, *bona saepe fugio.*
 Paullus *Quadragesimalis.*

Handwritten notes in the right margin, including the word "medicab" and some numbers.

& supratos in vincula & compedes conijciant, eoque sine funes, ferra, catenas quibus illos innectant, circumferunt, & tamen magna sua clade experiuntur contrarium: Avidus agricola omnem spem suam in messe collocatam habebat, quod agrum suum quovis aut jucundius flavescerem videret, jamque falcem suam ad messem disposuerat, cum ecce nocte sequenti ingens grando delapsa præcisit aristas, & ex spicis excussis & penitus contritis, omnem secururæ mellis spem penitus extinxit. Ecce qualiter gloria ipsorum subito mutata facie in mœstitiam transformata fuerit, ad eum ut dicere possint cum Propheta: *Perja est in luctum cithara nostra, & organum meum in vocem flentium.* Sic suas frequenter patiuntur vicissitudines, qui in flore consistunt prosperitatis: sic iis qui humanæ felicitatis flores colligunt sæpè accidit, ut dum eosdem manibus sua contectant, exarefcere incipiunt, aut quod ex odoriferis fragrantibusque rosis, transformantur in spinas animas eorum fodicantes, pungentes, & vulnerantes. Arque idem homo ille quem fortuna vultu blando respicit, vel ab ipsis feris salutaria capere documenta non debet erubescere. Porro an apologus, an verò veritas sit, quod de isto scriptores referunt, nescio: hæc namque bellua, ad eum mira proprietate naturali prædita est, quæ in nulla aliarum bestiarum potest inveniri. Scribunt enim Naturalistæ, usum dum cælum serenum, & aerem ab omni nubium caligine expurgatum, ipsumque solem absque omni obstaculo splendoris sui autum dilatate videt, subito contristari & mœstum esse, ad eum ut diei claritas latitiam ejus mœstitia tenebris obscuret, idque ex hac solum ratione, quia scilicet naturalis instinctus ei dicitur, bonum illud serenum que tempus diu durare non posse, sed per subsequens diei anbilum, & turbines denuò conturbandum esse. Vita epulonis iter quoddam martimum fuit, ob divitias, convivium, vestimentorumque fastum quotidianum. Erat dives epulabatur quotidie splendide, induebatur purpura & bysso, sibi que imaginabatur, hanc dierum suorum serenam felicitatem per nullas deinceps secururas procellas aut naufragia conturbandam esse; sed graviter errabat, mox etenim mutata est prosperitatis suæ facies, seque depræhendit graviter desolatum: Ex Evangelio id ipsum velim auscultatis: *Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno.* Quid igitur vitæ hujus commoda tanta cum aviditate desiderare, tantaque cum si-

ti procurare prodest, cum potius sint omnium malorum nostrorum fontalis origo? Nescit quid animadvertitis fortunam nullam homini lætitiæ adsciscere, quin proximus eradicet: *Fortuna cito repositit, qua dicit.* Ex Apollonio ait:

*Fortuna nunquam sistit in eodem statu
Semper movetur, variat & mutat vires
Et summa in imum vertit, & ver' arigit.*

6. Nunquam fortuna tibi blanditur, quin te pariter offendant, seque proinde habet ad illam simia; quæ dum carulos suos vel serus ex dilectionis tenetudine pectori suo adstringit, eodem suffocat: ut proinde de illa dici possit: *Amantio perimit:* per collata tibi liberaliter beneficia offendit te, ut proinde dicere videatur: *Officio, officio.* Si quis sicum adaquaret, eam excidat et potius, quam quod ejus germinem & fructum promoveret. Unde Theophrastus ait: *Quanto magis irrigatur, eo magis sterilis fit.* Et Theophrastus lib. 2. cap. 8. asserit, quod dum rigatur, deteriorum fructum parit. Philippo Macedonum Regi tres missi sunt cutiores nuntii, quorum unus alteri immediate successit, singuli singula bona nuntia adherentes; unde idem Rex ministrum futuræ advertebat conjectit augurium, dicens: *O fortuna levi aliquo malo me multata.* Amaris Rex Ægyptiorum suspexam habebat Polycratis prosperitatem, ac misisti cuiusquam omnis instar ducebat. Favores quos Seneca a Nerone accepit, in venæ incisione indeque subsequuta morte terminati fuerunt, eique mortem sunt omniati. Si quando Medicus in summo libertam indulget facultatem comedendi & bibendi quodlibet, mox secururæ mortis indicium est: *Illis quorum deplorata salus sit, quidquid libet accedi solet,* inquit Gregor. Moral. l. 1. c. 4. Prosperitates quæ sub favorum nomine transeunt, sive à cælo collati, sive à fortuna concessi sunt, similia sunt reciproci donis & muneribus, quibus selemuruo Ajax & Hector donantur.

*Ajaxi datus ensis ab Hectore baltheus Ajaxi
Hectori, utrique suum donum erat exitio.*

Vel dono illi quo Pandora ex commissione Jovis Prometheum donavit, dum ei vas aliquod dono dedit, multis funestis & exitiosis rebus instructum: aut veluti illi, quam Jason à Medea accepit,

Job 30.

cepit, quam Dejanira elargita est Herculi, de
quibus scribit Manuicus: *Pariter ambobus suum
moverat eximius fagus*. Sunt igitur dona ejusmodi,
que recipientium cordibus timorem potius
quam lætitiâ ingenerant.

8. Josue Israelitici exercitus Dux generalis-
simus postquam quinque Reges qui in subter-
ra eadem spece absconditi delituerant, sci-
licet Regem Hierusalem, Hebron, Setimoth,
Lachis, & Gilon, scilicet devictos, vivos in cap-
tivitatem redegit, eosdem coram se adduci
jussit, & ad exercitus sui capita conversus, isdem
in angulis pedem ditorum Regum collo super-
imponebat. Scio præcepit: *Cumque ad ducti essent
ad eum, vocavit omnes viros Israel. Et ait ad prin-
cipales eorum qui secum erant: Ite. Et ponite pedes
super collo regum istorum. Cumque collum, caput,
latus, & regia quinque Regum istorum
inducata in terra nua cum iis prostrata pedi-
bus suis, Josue eosdem duces suos forti-
tatis dicens: Nolite timere, nec paventis
conterram. Et estote robusti. Vt enim inquiet ali-
quis quod hi Reges jam victi, catenis & vincu-
lis tenent, & profus inermes in terra supini ja-
cent, quidnam Duces Israelis formidare pote-
rant? Ergone tanta pusillanimitas erant, ut
etiam hostem suum prostratum, nec movere se
videntem pertimescerent? Antea dum adhuc
prelo ellet certaminis exitus, & ambigua victo-
ria nullas eis metus inerat, quin potius generose
contra adversarios suos viribus potentes dimica-
rent: cur igitur nunc dum victores evaserunt,
fœdæque adversarium debellatum & pedibus
suis ad solutum videat, tanto metu percellunt?
Et cum animatus, si in eorum cordibus ille sem-
per natus generosus, qui in Josue mili-
tibus semper, & in quavis obvia occasione emi-
nit? Porro Ecclesiasticus Dei nostri proprie-
tates laudans dicit: *Unus est altissi-
mus, Creator omnipotens, Et Rex potens Et me-
tendus nimis*. Eccl. 2. Dicit igitur imprimis
quod Deus sit altissimus, id est, inter maximos
majores, melior inter optimos, & consequenter
beneficus: Deinde Creator est, qui nos ex nihilo
produxit, nobisque esse quoddam substantiale
imperpetuum est adeo nobile & eximium, totum-
que huic mandum in commodum nostrum
creavit. Præterea Rex potens est, cui protinde
tanquam tali, grata & accepta est salus suorum
subditorum, qui in concedendis etiam gratis, &
singulorum prospiciendo necessitatibus admo-*

dum splendidus est atque magnificus: ac tan-
dem subiungit, eundem Deum ob hæc suas
eximias qualitates metuendum esse nimis: *Me-
tendus nimis*. Imò potius Ecclesiasticus dicere
debuisset videri, Deum utpote benignum mag-
nificum & splendidum nimis amandum esse.
Eequod enim nobis majus præstare beneficium
poterat, quam quod creando nos, esse nostrum
nobis clementissime impetiri dignatus fuerit?
Atque ideò nunquid vel ex hac sola causa no-
stro se fecit amore dignissimum? Clemens A-
lexandrinus existimat Ecclesiasticum nos mo-
nere voluisse hæc verbis, ad hoc, ut sensu-
alitati nostræ ad malum valde proclivi, timoris fra-
num immitentes, cavemus, ne in horrenda
culpa præcipitis deturbemur, quasi clarius di-
ceter: *Time Deum, quia est omnipotens,
& vindex manus ejus ad omnia se loca exten-
dit; ut homo esset de lapsu alienus, Et peccato non
affinis*. Huic prædicti S. doctrinæ nequaquam
contradico, imò ea qua decet reverentia & veneratione eandem prosequor: veruntamen & a-
liam habere expositionem desiderarem, præfenti
proposito nostro magis opportunam. Etenim
Dei Filius cum discipulis suis die quadam lo-
quens dicebat: *Nolite timere pusillus grex, quia
complacuit Patri vestro dare vobis regnum*, Luc.
12. Quæ Redemptoris nostri verba supponere
videatur fieri posse, quod ex tam excellentis
gratiæ concessione non lætitia, sed timor aliquis
suboriri possit, cum tamen contrarium potius
verum esse videatur, potius enim timore corrip-
turi potuissent, si eis inferni pœnas & supplicia com-
minatus fuisset: Ergone ex hoc quod Pater
æternus daturus eis esset regnum, quo fœli-
citus nuntium illis annuntiarî minime potuis-
set, in eis timor aliquis nasci poterat? Potius di-
cendum fuisse videretur: *Gaudete pusillus grex*
Pari quoque ratione Isaias Propheta copiosum
quendam omnibusque bonis abundantem di-
vitem introducit, qui in vertice prosperitatis,
quam ei liberalis fortuna prodiga manu elar-
giri poterat, constitutus, oculos mentis qua-
qua versum dirigebat, omniaque quæ posside-
bat nimirum greges, armenta, granaria, pala-
tia, possessiones, aurum, argentum, omniaque
alia quæ divitiarum suarum cumulum adau-
gere poterant, sollicitè considerabat; ac tan-
dem Propheta subiungit dicens: *Tunc videbis, Isa. 60.*
Et effluet. Septuaginta legunt; Et timebis. Ergo.
70. *Interp.*
ne ex aspectu divitiarum suarum, & copiosæ
multi-

multitudinis tot fortuna bonorum, timor aliquis nasci poterit? Potius credididem inde ingentem quandam orituram fuisse læticiam & gaudium: Aut si homo ille non dives & opulentus, sed pauper & mendicus fuisset, magnamque suam confiderasset egestatem & omnium penè rerum penuriam, metus ejus justam habuisse causam credi potuisset; nunc autem quid timeat, qui gaudere potius debebat? Quicquid porò hæcenus morum est difficultatis, per observationem discursus illius, quem inter se Pater Abraham, & dives epulo miscuerunt, facilius intelligi poterit. Hic igitur infelix epulo, unicam duntaxat aqua guttulam ex commiseratione sibi dari postulabat, ad aliquod lingue sue inter gehenna flammam ardescens conciliandum refrigerium: *Quis crucior in hac flamma.* Cui Abraham respondit *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua.* Quali diceret, quoad usque vixisti, fortuna omnem tibi felicitatem in quavis occasione adscivit, ac proinde non est quod mirens aut lamentetis te nunc ardere in flammis Inferni. Tenere profectus es maritimo, quamdiu in hujus mortalitatis vitæ via fuisti inter plurimas ninjrum torporis commoditates, divitias, vestium fastus, convivia, aliaque festiva profusus gaudia; inter quæ omnia meruenda tibi meritò fuisset grandis aliqua tempestas, quæ irreparabile tibi inter Inferni flammam accelerare potuisset naufragium. Unde D. Bernardus: *Heccepe tota causa cruciatuum, quia recepisti bona in vita tua?* Ipsa plane. Meritò igitur & dives ille gravi timore trepidabat, de quo istas dicebat: *Tunc videtis & affluens;* vel cum Septuaginta: *Et timebitis,* se namque maritimum iter conficere considerabat, ideoque meritò naufragium formidare poterat. *Illud ipsum affluere timere est,* inquit eruditus quidam Moderatus Anton. de Escob. lib. 6. cap. 2. in Marth. observ. 7. num. 26. Unde discipuli Christi felicitatem, omnique prosperitatis affluentiam sibi promitti audientes, sibi que imaginantes, quod de terrena prosperitate loqueretur, quando dixit: *Complacuit Patri vestro dare vobis regnum, sanguinem sibi circa præcordia gelidari, seque in vultu expallere senserunt,* & panico timore correpti ceperunt tremere, aliquid nimirum metuentes naufragium aut imminentem adventum: *Domine serva mentes talis voce confirmat.* (sunt verba S. Petri Chrysolog.) *na nos repentina promissionis regni profertur auditus: Regnum adire periculum, terrores non timere,*

D. Petr.

Chrysolog.

Id quod nobis egregium quoque ad intelligendum locum illum ex Ecclesiastico adductum lumen ministrat. Dicit enim unusquisque *Abissimus, Creator omnipotens, & Rex potens, & misericordis nimis,* quasi diceret. Talem habemus Deum, qui se nobis valde beneficium exhibet & liberalem, qui nos manu sua creatos patere conseruat; & tanquam Rex nos regni sui hæcres fieri desiderat: Si dicas hinc sequi quod hæc Deum amandum quam timendum existimulet, *Certe ego Ecclesiasticus Creatorum timere potius quam amare jubet: Nimirum ut demonstrat, beneficium nobis sæpè maleficium esse, & favores supplicia, gratiasque malis, ac proinde nobis valde timenda esse, invidiosus nimis.* Milites quoque Josue quid aliud ex celo expectare poterant, quam gloriosam ad eorum inimicos suos reportatam victoriam? hanc autem tandem eoque hæciti fuerit, ut coronata Regum capita pedibus conculcavit, unde ex una quidem parte fortunam sibi tanoptere favore videntes, ex altera autem (sicut facilis est fortunæ faventis in hostilitatem & adversam fortunam vicissitudo & alternatio) aliquid è celis sibi fortasse imminens malum merebant, ad id ut Josue eisdem majori solito timore & terrore esse conspiciens hæc eos verbis animavit, & excitare optera pretium duxerit: *Nolite timere, ne parventis, confortamini & estote robusti.* Cujus rationem doctissimè pro more suo reddidit Abulensis, dicens. *Ratio presentis timoris militum erat victoria. Atque ideo si forte mundus, fortuna, vel etiam calum magnis vos favoribus & bonis accumulavit, timeat eos, & velut insidias seu funestos cometas suspesos habet, ut oportet quæ vobis haud secus ac diviti epuloni, vel in hoc vel in futuro sæculo a rumarum committantur naufragia: *Recepisti bona in vita tua, o epulo: quid mirum igitur, si nunc cruciatus in inferno?**

8. Sæpenumero penes memetipsum cogitavi & miratus sum quidam S. Bern. inferre voluerit, dum hanc intellectu ad id difficillem protulit sententiam; qua dicit quod nisi Deus se nobis ad id benevoluntatem Patrem exhiberet copiosa super nos invidarent beneficiorum diluvia, quæ nunc tanquam amantillimum Patrem nos alter coeter, & à nobis divertit: *Nisi Pater esset, obnuerat nos beneficium.* Cogitabam enim: quod si Pater noster est, paternum igitur beneficium nobis exhibebit. Patres autem filii benefacere consueverunt, benefacere igitur no-

bis accipiet, sequere erga nos quos creavit, qui- que filii eius sumus, liberalem exhibebit. quod si autem nulla in nos derivare beneficia velit. Patrem quoque nostrum se esse, aut se nos filiorum loco habere minimè demonstra- bunt, quia si nos tanquam filios amaret, utique tanquam Patrem nequaquam parca in nos manus beneficia distulisset. Equus enim Pater, se pro filijs suis non evulceret? Dubito igitur validè non fore Bernardi calamus ab eisdem merere abstrahit, volueritque prorsus contra- rium dicere, scilicet: *Si non esset Pater, non ob- traheret nos beneficia, sed quia Pater est, obruit nos beneficia.* Hic enim verus esset loquendi modus, ad insinuandum quod paterno in nos benevolentia affectu. Et tamen Sanctus hic Pater (sicut fallat) iisdem prorsus verbis & sensu, quo dicit, loquens dicit: *Nisi Pater esset, obrueret nos beneficia.* Ac proinde videmus an adhi- beret aliquo Scripturæ loco mentem & inten- tionem huius contemplativi Doctoris assequi- mur, ut valeamus. In Genesi itaque legimus Abrahamum adversum quatuor Assyrio- rum Reges præliatum fuisse, illique atrocium horum potentia superatis, gloriosam retulisse victricem. Hic igitur hostibus suis detum- pto, Deus eidem apparuit, eumque nihil ti- mere deberet, futurum enim, ut se in omnibus ca- sus occurrentibus potentem semper protecto- rem experiretur: *Audite sacrum Textum: Et itaque transiit factus est sermo Domini ad Abraham dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus sum. Quis ad audita hæc Domini verba non obstupescat? Cur enim Deus se non decla- rat tutorem Abraham protectorem, priusquam præliatum inciperet? aut quidnam post Assyriorum Reges devictos formidandum superest? si ani- mus Abrahamum volebat, faciendum id erat, quoad prælii eventus anceps & ambiguus erat, nec ubi cum hoste congregari debebat, nunc au- tem absoluto prælio velle succurrere, idem est quod auxiliari cessare necessitate. Cajetanus opinatur Abrahamum alium quendam timu- se exercitum, qui in vitium adhuc integritate constitutus, nec inimicum præliando delatiga- tum esse foret esse aggressurus. Alii (ut Lyra- nus refert) dicunt quod timuerit, *Ne in victo- ria quam habuerat accepisset totam mercèdem ju- stitiæ sua à Domino.* Quam tamen responsonem Lucas Bergensis minus admittit. Lyranus au- tem existimat quod timuerit, proter obrentæ vi- ctore animam felicitatem. Ad me equidem*

quod attinet, ex quo nullam unquam in hoc mundo felicitatem expertus fuerim, eam timo- rem aliquem secum ferre, asserere non possum? id quidem me sæpius audivisse recordor, quod ingentem secum adferat lætitiarum: cæterum in- felicitas timorem & terrorem velut accidens quoddam inseparabile conjunctum habere ni- mis evidenter constat. Quid igitur Abraham medijs in prosperitatibus atque victoris con- stitutus timere poterat? In memotiam quæso revocate, quod in Exodo scribitur, filii namque Israel è mari rubro feliciter egredientes, in colli- culo quodam mari proximo retrorsum conver- si, totum Pharaonis exercitum inter undas nau- fragari viderunt, aded ut tam equites, quam eo- rum iumenta & equi, cetrus quoque & arma eorum, imò & Pharao ipsemet submersus fuerit in profundo. *Et involvit eos Dominus in medijs fluctibus.* Ne quidem unus è toto numero mil- litum Pharaonis reliquus mansit, qui cladis per- pelliæ nuntium in Ægyptum repottare valeret: *Nec unus quidem supervit ex eis,* ipsum quoque mare omnia Ægyptiorum cadavera ad litus maris projecit, ac proinde Israelitæ totum hosti- lem exercitum aquis extinctum videntes re- sumpto animo, nec quicquam timuerunt: *Et viderunt Ægyptios mortuos super litus maris.* Et tamen si sacrum Textum attenta mente in- spexeritis, hæc verba utique invenietis: *Timu- itque populus.* O ignavam & quovis lepore me- ticulohorem gentem, quæ si mortuos timuit, quo animo erga vivum hostem fuerit facile conjici poterit; potius ei jubilandum erat, sicut Moysè authore postea fecisse legatur. Unde Oleaster ait: *Qui gaudere debuissent de suffoca- tu hostibus, timere dicuntur.* Enimverò, Audi- tores, rationem velim bene observetis, quam Lyranus præfenti nostro proposito accom- modatissimam in medium adducit, dicit enim illos non jam amplius timuisse Pharaonis exer- citum, utpote qui jam in profundo aquarum extinctus fuerat: *Timuit populus Dominum.* Ti- mebat ergò Deum. Verum cur obsecro Deum timent eos protegentem, & in omnibus benigni- sime faventem? Nimirum videntes se tantis à Deo favoribus & beneficiis cumulatos, sen- serunt se quadam suspitione & gravi metu cor- rumpi, has illic cogitationes fortiter impimente: *Quis scit an tantus hic favor nobis datus non sit loco alicujus omnis mox securi supplicij?* Hoc enim beneficium omnes benignitatis sol- lici

Exod. 14.

Oleast. ib.

Lyran. ib.

Handwritten notes in the right margin, including the word "medicab" and some numbers like "26".

ost terminos longè nimis excedit, ideoque malum utique ingens nobis imminet, & hac ratione sublato quo percellantur Pharaonici exercitus metu, novo quodam motivo omnes time-
 re caperunt & tremere: *Quia ab humano timore liberantur, divino artius constringuntur.* Magna quidem Abrahamæ felicitas exiit, quod quatuor regis diadematis coronata capita victor gloriose triumphavit: ea tamen metui, & tremori associata fuit, haud secus ac si timor accidens quoddam sit à favore recepto inseparabile, à quo proinde Abraham liberari neutiquam potuisset, nisi à Deo certior redditus fuisset, nihil ei sinistra eventus timendum esse: Ac proinde: *Noli timere, ego protector tuus sum.* Quisquis in hoc mundo prospera fortuna utitur (dicebat Sanctus Bernardus) iter maritimum conficit, ac proinde persuadere sibi debet, quod adversitatum naufragiis obviam procedit; atque ideo Deus qui bonum & non malum nostrum unice desiderat, tanquam nostri amantissimus Pater favores suos eodē, & parca tantum manu eos nobis impertitur; quod si autem Pater noster esset, superabundanti nos beneficiorum & favorum diluvio inundaret: *Nisi Pater esset, obrueret nos beneficium ad eum ferè modum, quo secur à Sabinorum quæ idem Tarpeia Virgini vestali obproditam & traditam ab ea arcem capitulinam, velut perditionis mercedem, loco armillarum aurearum, de quibus pacta fuerat, dono dedere, mortem eidem Virgini conciliarunt: sic quoque nonnunquam apponuntur bellaria mortifera, vel buccellæ toxico & arsenico permixta, quas qui accipit & deglutit, filius censendus est mortis.* Quis Judam inter reliquos Christi discipulos, non dixit Magistro charissimum & unice dilectum, videns quod in ultima cena præ omnibus aliis de manu Magistri sui honoraretur? *Vni Iudæ favorem intinxi panis porrexit.* Et tamen contrarium protulit eidem accidit, inquit quidam Modernus: *Imò nunquam homo perditus majori robore affligitur à Deo, quam dum favoribus & beneficiis delimitur.* Et Sanctus Cyprianus de Cæna Domini fol. 467. c. 1. subiungit: *Quod melius erat in mola asinaria illo alligata mergi in pelagus, quam illota conscientia de manu Domini buccellam accipere.*
 9. Magnus ille Israelitarum Monarcha Phaltes opera Hebræi populi è servitute Pharaonica liberati & egressi, nec non & immensam Dei erga semetipsum benignitatem ad regis suæ ci-tharæ sonum celebrare volens; in primis de

gente Hebræa dicit eandem calumniosè de Deo ejusque providentia locutam fuisse: *Maledicunt sum de Deo; existimabant enim Deum in herido & solitario deserto ipsis omnis auxilii expertibus, nullum suis necessitatibus subministrare posse subsidium: Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto; Quibus verbis, ut Sanctus Athanasius ibidem folio 154. inquit, Dei omnipotentia diffidebant: Desiderantes de ejus omnipotentia. Erit verò quid Deus faceret Jubee ut Moyses virga sua petram quandam in deserto sin percussit, ex eaque sic percella, atquam dulcissimam ubertim manare fecit. Eius percussit petram & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt.* David autem qui totam hujus historiam seriem receperat, dicit, Deum autem calumniosè hinc Hebræorum sermonibus quos cum tam exiguo Majestatis suæ respectu effutiebant, graviter illis indignatum fuisse, eoque gravi quodam flagello castigasse: *Ideo dicit Dominus & distulit, ignis accensus est in Iacob, & ira Dei ascendit super Israel.* Verum enim verò aperte fateor, quod non intelligam, quomodo Deus dici possit Hebræos castigasse, ex quo paulò ante aquam tantopere ab eis desideraram iis providerit. Videtur enim quod David sibi in seipso contradicat: *Signis (inquit Divus Athanasius) Et furor Dei accensus est in Iacob ad punitionem, & ira Dei ascendit super populum illum; quomodo igitur fluxerunt aquæ abundantes & torrentes aquarum inundaverunt in magna copia.* Insuper observo quod Israelitæ se valde incredulos esse demonstrant, promissionibus à Deo sibi factis fidem adhibere nolentes, quod idem fuit, ac si Deum mendacem esse existimassent, neque in ejus adiutorium amplius sperabant, eò quod illum ad succurrendum inhabilem esse crederent: Dicere autem quod Deus nullam suis promissis fidem faciat, aut quod inopes & egenos juvare non valeat, idem est, ac si diceretur Deum mendacem, fallacem, & impotentem esse, & consequenter ac si sua Deo adimeretur Divinitas, & crederetur Deum minime Deum esse, quinam autem illo affecto solemnior inventi atheismus, aut blasphemiam poterit? Quid hic igitur Deus faciet Et mandavit nubibus desuper, & janua cæli aperuit. At verò num forte ideo cæli fores aperiantur, ut ad hoc impios castigandos fulmina cælitus descendant? aut forte nubibus imperat, ut condensatæ sagittas efficiant, ut nullus ex hoc impio & scelerato populo im-

Franc.
Mand. l. 1.
Reg. c. 2.
v. 11. f. 85.
eo. s. l. D.

Didat.
Poufer tit.
1. l. 3. c. 9.

quod dicitur: *Audite: Et pluit illis manna ad manducandum & panem cali dedit eis.* Verum d. Domine cur perverfos hosce homines impunitos relinquis: imò cum juxta scelerum horum gravitatem castigare illos debebas, persequeremur e petra miraculose scaturientium beneficium illis beneficas? & insuper tam ingentibus illis favore profeceris, ut tantum illis beneficium, quale est manna illis coelitus demittere, brevissimum conferas? Itane: tunc hanc Dei cetera perfidos Hebraeos dispositionem, & misericordiam beneficia esse censeres favores? Imò potius graves poenae sunt & rigida supplicia. Numquid ipsorum clare satis expromet factum uti referente auditis: *Adhuc esca erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* A quarum ipsorum beneficio Deus illos punit, & dulcissimo manna cibo castigat eos. Optime hunc Dei cetera modum Hugo Cardinalis sibi fol. 187. coll. 1. V. observavit, dum ait: *Adhuc esca erant in ore, quasi diceret: non diu distulit Dominus iram suam, sed adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei, id est, vindicta, quam supra se contempsit, ascendit super eos.* Quem eadem passim Pontificalis adhuc magis videretur asserere, dum ait: *Verberabantur Iudaei, non parvi de caelo ditabantur ingrati, putabant se a Deo amari, a Deo servari, dum summa in iracundia beneficia indies, sed nullo graviore terrore ab eis affligi poterant.* Est etenim Divina vultus prophetas, quod sua dispositione quoad impios efficit, ut post serenum succedat obcurum, post clarum turbidum, post malaciam compellat, transformetque gratias in vindictas, in flagella favores, beneficia in supplicia, dicitas in miseras, in afflictiones prosperitates, purpuras in flammam, epulas in carbones, mendaces in gehennas & infernos. O quam bene ipsorum vobis veraciter testaretur ille quondam dives epulo: si ei permittere-
tur a suis tantisper egredi incendiis.

10. Et tamen tristis peccatorum vultus levitatem nunquam induit, nec frontem suam aliquando expottigit, nisi quando formidinem coelumque sibi favere conspiciunt: quae nimium gaudent, quando illos potius timor, & tremor invadere debet. Conspiciamus ipsorum clarior ex eo quod iustus & servus Dei accidit. Unigenitus quippe Dei Filius in conspectu Petri, Jacobi, & Joannis trans-

figuratus est in monte Thabor; vestes ejus nivis candorem referebant, vultus ejus sicut Sol splendebat, omnique gloria quae alias in sola Christi anima sequeltrata erat, in totum quoque corpus ejus redundabat: *Resplenduit facies ejus sicut Sol, vestimenta autem facta sunt alba sicut nix.* E lucida quoque ibidem apparente nube sonora quaedam vox insonuit quae Christum verum coelestis Patris Filium esse declarabat: *Hic est Filius meus dilectus, in quem mihi bene complacui.* Apostoli autem tremebundi & timore totaliter consternati, velut mortui in terram corruerunt. *Ceciderunt in faciem suam, & timerunt valde,* adeo ut nisi Christus eis animos suggestisset dicendo: *surgite, & nolite timere,* haud dubie mortui fuissent. S. Joannes Chryostomus factum istud considerans, attonitus haeret, timoris Apostolorum causam invenire minimè valens. Num forte timore hoc corripiuntur à candore vestium, aut vultus claritate? Minime. Quoties enim ipsiusmet nivis candorem & Solis splendorem sine ullo profusus timore viderunt? Num forte tremor illos invastit ob auditam è nube vocem? Non est credibile, nam etiam in Jordane vox illa audita fuit absque ulla auscultantium consternatione. Imò alias paternam vocem de caelo tanto cum fragore delapsam audierunt, ut eam tonitru quoddam fuisse arbitrati fuerint: *veni vox de caelo, & turba dicebat, tonitru esse factum.* Et tamen non legitur quod vel umbra pavoris vel timoris in illis notata fuerit. Cur igitur tantopere in monte trepidant? *Quomodo cum jam ante similes vox in Jordane audita fuerit, nemo ex turba, qui aderat, expavit, & iterum quando tonitru factum fuisse dicebant, nullus commotus fuit: quomodo nunc timore percussus ceciderunt?* Similiter seniculus Zacharias Sacerdos coram altari incensum in aëra librabat, ejusque odorem sacris orationibus conjunctum supremam Dei Majestati cum omni possibili reverentia offerebat; Et ecce Deus coelestem quandam nuntium ad eum misit, qui in assumpta specie visibili & corporea autem alis suis explicatis tanta cum pertinacitate volavit, ut ne cogitatus quidem humanus eum secundare aut assequi potuisset, & in unico quasi momento in templum pervenit, ubi ad dexteram altaris patrem sese firmavit, quem ut vidit sanctus hic senior dextera cum thuribula in aëra quasi suspensa, elevata in altum facie instar marmoreae

cojus-

Matt. 17.

cujusdam statuz immobilis subfistit: Vultus color impalescit, turbatur animo, corde palpitat, vacillat ejus cogitatio, manus tremunt, gelidus per venas rigor discurret ad partes externas, spiritus vitales se subducunt, loqui vult & nescit, moveri desiderat nec valet: Et Zacharias turbatus, & videns & timor irruit super eum. Timor autem hic ad id vehementer extitit, ut in certum crederetur lapsurus animi deliquium vel mortis periculum, nisi Angelico erectus & animatus fuisset sermone, dixit enim Angelus ad eum ne timeas Zacharias, quis hunc Zacharie timorem non obstupescat, ergone o Zacharia Angelus tibi timorem incutere potest? aut aspectus Spiritus beati tremere te faciet? equaniam visio hanc esse potest desiderabilior vel acceptior? is namque nec tibi minatur, nec iracundo vultu te respicit; imò vultu sereno, ridente ore, elegans & festivus se tibi sistit, & tu tremere incipis; quid facturus esses si Demone formidabilem, deformem, atrum, in figura draconis vel serpentis alicujus tibi objectum videres? Fortè huic non timeres, benè tamen Angelum? Verùm eni verò Aud coes, comparimini bono huic feniculo, causa namque timoris sui hæc est, quia extimis se à Deo favoribus præventum esse conspexit, favores autem & plurimum timoris solent esse ovari vel bajuli: Turbatur Zacharias, quia tanto oraculo se iudicabat indignum, nam iustus enim ad se oculos convertat, celestis dona timet. Quomodo igitur non timuissent in monte Thabor Apostoli, quando Deus insignem hunc illis favorem exhibuit, ut ipsi sumer Dei Filium viderent, non jam in vultu Angelico, sed in propria facie gloriæ splendoribus glorificata? fuit etenim favor hic tam insignis, ut meritò velut sui prodromum Sanctorum discipulorum cordibus timorem præmiserit Timuerunt valde & ceciderunt in faciem suam. Que ergo alia restat tanti timoris occasio, nisi gloria Christi feliciter spectata & rivacius per spectata: Didac. de Cel. in Judith. c. 12. v. 1. §. 6. f. 226. co. 1. n. 23. vosmetipsi igitur facile ex jam dictis conicere potestis, an non peccatores fortunæ vel cæli favores recipientes timere potius quàm gaudere debeant? An non meritò suspicari possint omnem us exhibitum favorem non beneficium, sed severum quoddam esse an illis immisum supplicium, quod corpus quidem flagellat, & tandem ad ipsam usque animam redundat.

11. Eo tempore quo Sanctus Jacobus Evan-

gelista Pathmos Insula incolæ erat, insigne Deus illi gratiam contulit videndi nimium gutam quandam, non minus stupore quàm ministerio refertam. Contempitatus etenim ipsi inmet Deum in medio septem candelabrorum aureorum, cujus coma candida erat, ac si ex lana vel nive contexta fuisset, oculi quoque ejus scintillabant ut flamma ignis, quod verò præfenti nostro proposito vel maxime deservit, est quod in dextera septem habuerit stellas, ab ore autem ejus gladius prodierit ex utraque parte acutus. Habebat in dextera stellas septem & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat. Stelle quas deservit in dextera, favores repræsentant, & vitæ hujus prosperitates, quas nobis impertitur: Stella in aruspicio observationis significat prosperitatem, inquit Antonius Riccius Brixianus, tomo primo in comment. symbol. folio ducentesimo secundo, numero decimo sexto, & decimo septimo, sic stella quam Cæsar Augustus monetis suis insculpi faciebat, significabat felicitatis ostentum, has autem stellas in manibus tenet, quia eas nobis largitur, & idonæ, quod manu facere soleamus: at verò ad verticem benè peccatores, quod cum hisce favorum stellis conjunctus cernatur suppliciorum gladius, gladius inquam qui minas tibi intentans, vel te perterre facit, vel formidinem aut etiam vulnèta infligit. Ex utraque parte acutus esse dicitur, quia malis acutissime punget, & anima & corpore damnabuntur, inquit Angelicus Doctor. Quis igitur Deum erga impium quendam beneficium videns non toto corde exhorrescat? sed ipso namque quo citra ullum tuum meritum, gratiarum stellas tibi porrigit, cavere debet gladium: Timendus est Deus cum videtur beneficium (inquit ingeniosus Alexander Pellegrius in capite undecimo Matthæi parat. §. fol. 91. co. 1. l. D.) quia ipsa Dei beneficia peccatoribus in hac vita collata supplicia sunt. Ac proinde proverbium quo veteres de Diis suis loqui consueverant, de nostro Deo patet verificari, dicebant enim Deorum dona sæpè non dona Pau Manut. in adag. fol. 2012. Deus etenim peccatorem læpenumero ad prosperitates erigit, ut demerpsit è majori celsitudine deturbatus majoris etiam damni & ruinæ causa sit & precipitium.

Multos Deus non benevolentis pectore
Ad summa rerum portabit fastigia.

Sylveira
L. c. 4. q.
15. f. 89.
co. 3. v. 35.

Et Claudians apud eundem hanc post se fecerunt nobis (o. ipam) reliquit.

Tullius in alium
Vilij gratiore ruant.

In Praefens propositum in memoriam mihi teroate mirum quendam casum, qui accidit temporis magis Sanctae Ecclesiae Doctoris Ambrosii Episcopi Mediolanensis, ac a Beato nostro Iustitiae de Saxonia re-feritur: Cum enim Sanctus hic Pastor in itinere esset, in domo quiddam vitidivinhospitalio recepitur est, cum quoque iudicium Praefens eum de familiae suae con-cessio, nec non de fortuna qualitate distin-ctus interrogasset, hoc ab eo retulit responsum. *Sicut meus Dominus semper felix exitus Et glo-riosa, ecce enim rusticus divitibus abundo, copia in parva Et Nepotum turbam possideo, ser-vam plurimos habeo, Et omnia semper ad me accedunt, nec inquam quid ad verum mi-merita, nec quod contrisarer, evenit. Quod factum in Dadaudens summopere admiratus est, utque quoscum habebat itineris com-itor daret, Egrediamur ab hac domo, quia Dosa non habitat in ea, nec est in calocus pio non. Prosperitates ejus suspensas habeo, memens huc domui iustitiae excidium metuor, at ideo, o Sodales, abeamus, & alio propinquemus, & tamen nullum usquam nobis hospitem, expedientius erit super mudi domo sub Dio somnum capere, quam hominis hujusce calamitatibus simul involvi-beramus Et hinc quanto citius fugiamus, quia Dominus non est in loco isto. Vix discesserant, & quantum pactus est lapidis a domo abierant, cum ecce debilem terra, Et hominem illum cum universis qua ad illum pertinebant absorbit. Pund a lreptu labentis ruinae omnino pertet-riti, reversi sunt, ut rei viderent eventum, dum-que tetras miserabiles conspicerent, Sanctus Ambrosius ad suos conversus, dixit: Hic fiet vix lux, inter felicitates prospero fortunae ven-cto promortus conficit, fieri non poterat, quin tandem impingeret in scopulum. Propter ip-sum huc moveri debuit tempestas, serenitas non semper durat, ecce jam videtis naufragium. Ec-cti braves quam severè irascitur Deus, cum semper prospera largitur. Hac est messis, quam in proferentem campo peccatores sibi demer-unt. Hic sunt fructus, quos in copioso faventis formae Autumnus sibi colligunt, suamini igi-
Balleti Quadragesimali*

tur illis, per me namque sine invidia id vobis li-ccar, certus enim sum, quod vos quanto citius cum Epulone vilurus sum inter flammis, cum quo patiter reclamabitis: Pater Abraham, mitte Lazarum Et: quia crucior in hac flamma, & ta-amen aliud non referetes responsum quam rece-*pisti bona in vita tua, id est, bonum quod in vita receperis, artifex & faber est mali tui, quod patetis post inortem. Bona recepta tormentorum cau-
sa sunt.*

13. Comoda, quibus il, qui macitimo iti-*nere proficiscuntur, frui solent, magis formidanda sunt, quam incommoda itineris in terra fir-
ma peracti. Ipsa qua in rebus humanis felicitas appellatur, plus timenda est, quam miseria, in-
quit Sanctus Augustinus. Verum quidem est: quod per tetra iter facienti multa accidant in-
commoda, haec tamen haud difficiliter tolerari possunt, quia iter secutum est, & prosperi itine-
tus exitus. Quibusdam Evangelicus Lazaru-
rus non fuit aeternis subiectus mendicitatem, fa-
mem, membrorum lassitudinem, vulnera, & ulcera, putredinem & saniem, aliasque innum-
meras adversitates sustinuit. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus ulceribus plenus, cu-
piens saturari de menis quae cadebant de mensa di-
vitis, Et nemo illi dabat. Vere enim hic iter su-
um per tetra absolvit, plenum incommodis, nam miseria non deerant, aeternae abunda-
bant. Veruntamen o Lazare, noli timere, nam tandem ad finem itineris tui salvus & incolu-
mis pervenies, & lassitudo in refectioem, a-
maticudo in dulcedinem commutabitur. An non idiplum ex textu Evangelico auditis? Fa-
ctum est ut moreretur mendicus, Et portaretur ab Angelis in sinum Abrahae. Ergo paupertas, fa-
mes, vulnera, ulcera, sanies, aliaque adversita-
tes, favores potius quam aeternae fuerunt, ut-
pote quae in Abrahae sinum eum collocarunt. Uoo verbo, maleficia, quae Deus servis suis im-
mittit, beneficia sunt, de quibus dici potest, quod omnia cooperantur in bonum. Si vinitor praecedendo palmites, vitem denudat, sequen-
tis autumni tempore fructibus inde copiosior erit & de illa dici poterit: Praecisa sic melior: vel putatione fecundior. Dum incensum in ignem conjicis, ejus fragrantiam magis percipi facis, in igne dolentius: si erocum in pulverem comminuas, erit Aetivus melior: Si pilam in lapi-
dem violenter impingas, altius profilliet: per-
cussus extollitur: ignis a vento molestatus ma-
gis accenditur: crevit spiransibus auris: Aqua
D d fluxia-*

Alex. Pe-
leg ubi
sup. 193-
co. 1. B.

S. Aug in
psal. 68.

Handwritten notes in the right margin, including the word "medicab" and other illegible scribbles.

fluvialis quanto plus inter præcipitia colliditur, tanto majus robur sibi adfiscit, *Vires acquirit eundo*. Verum quidem est, quod mare ab Aquilone inquietetur, at verò unda ejus ad ipsas usque Cœli sphaeras elevatur, ut stellis coronati possint: *Turbant, sed exsollunt*, Carthaginensium bella ingentes Romanis conciliabant utilitates, unde Carthagine subjugata, sapientiores urbis Romane Senatores in ejus destructionem consentire noluerunt, ut per inimicorum arma tantò magis cresceret ipsorum gloria. Unde Cœlius Cyro significari fecit, illas sibi calamitates magno sibi adjumento esse. *Etsi molestiam mihi calamitates meae attulerunt, eadem tamen mihi doctrina loco fuerunt*. Ita patitur Deus, dum seruos suos castigat, favere quidem solet, optime sciens, supplicia eis favores & beneficia esse, & secutos futuræ felicitatis nuntios: ad eum modum, inquit Platarchus, in lib. moralium de apibus. Qui ingeniosa apis ex floribus amaris libat dulcedinem mellis: (Sicut apes ex amarum pierumque & austeris floribus faciunt mel, sic gaudium ex merore sapienter fit.) Regius Propheta David summa cum instantia à Deo petebat, ut iratus à se non recederet, sed lateri suo continuo assilleret. Audite autem quanta cum instantia id ipsam supplicet: *Exaudi Domine vocem meam qua clamavi ad te, Miserere mei & exaudi me. Freqventi supplicatione te orantem*, adjungit Sanctus Athanasius ibid folio 8; *Ne declines in iram à servo tuo*. Itane à David: Ergone desideras, ut Deus tibi natus procul à te non recedat? Nunquid vides, quod culpis tuis offensus, & vindictam de iis sumpturus flagellum attripiat? O quanto melius faceres illum rogando, ut tempore iræ procul à te abeat? nunquid Jobum dicentem audis, *Quis mihi det ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus?* Enim verò ignosce mihi, o David, si libentius tecum loquar, dicam etenim qualiter deprecationem tuam intelligam. Parum sapere videtur, & nescire quid peras, provocas enim Deum, & proprium malum tuum sectaris, prout Medici quætere solent in firmitates. Audi sanctum Patrem nostrum Augustinum: *Si à te, inquit, declinaverit in ira, non in te vindicabit. Si incurras in illum iratum vindicabit in te.* Opta ergo potius ut declinet à te in ira, & non accedat. Pone idemmet David Rex, de iis flagellis loquens, quibus divina justitia Israëlitarum gentis castigavit scelera, dicit, *Deus repulsi nos, & destruxisti nos, & post-*

ea subjungit: *Iratus es, & miseris cinibis*. Iratus castigavit, inquit Sanctus Athanasius, ibid. *Iratus es nos flagellando*. Mirus est loquendi modus; si enim iratus erat, quomodo misericors dici potest? si iratus flagellavit, quomodo dici potest benignus fuisse? videtur mihi hæc sibi in terminis contradicere. Non minorem mihi difficultatem adferret verba illa, quæ idemmet Propheta Omnipotenti Dno dixit, dum recordatur gravissimi erroris à se roboram commissi, dum is duos fieri vitales viros fecit, eorumque unum in Bethel, alterum verò in Dan collocavit, ut adorationis divinos honores acciperent, ut refert Cardinalis Hugo, dicit igitur Propheta Regius, *Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in summi adinventionem eorum*. Adinvento autem fuit vitulus constans, inquit Hugo Cardinalis, in pf. 98. fol. 17. cap. 2. num. 9. Arreatos vos hic velim, o Auditores, ad melius ponderandum modum, quo Propheta hic loquitur: Prius enim dicit, quod Deus se demontret propitium, & nequaquam rigorosum exhibeat, sed benignum & piissimum, *Deus propitius tu fuisti eis*. & postea subjungit, quod suam exhibeat in castigando severitatem, prout populus ille se celebratus & idololatra merebatur, *& ulciscens*: ecce vindictivum in omnino adinventionem eorum, id est, in omnia ipsi commissa peccata. Phrafis ista Davidis, qua in hoc versu videtur, atronitum metent, neque enim imaginari mihi possum, quomodo verificari possint *similiter & semel de eodem tempore propitius, & ulciscens*, si enim propitius est, ergo ignoscit, si ulciscens, igitur punit: possuntne inveniri termini magis repugnantes, quam isti? Num forte divina justitia gladius, simul est hasta Achillis de qua dictum fuit, *Vulnus operi gerit, vel eum Jobo, vulnus operi medatur*, id est, ut Sanctus Gregorius explicat, *foris vulnere admovet, & intus vulnere delictorum curat*. At res deturbat lect. 14. numero 27. folio 231. Porro hæc Davidicorum verborum difficultates, historiæ cujusdam me memoros reddunt. De Jalone enim Thesalo legitur, hunc propter Apolloniam quoddam inenarrabile, quod habebat in pectore à Mediceis desperatum fuisse: Cùm verò à quodam in micorum seruum repente ja vaderetur, istudium gladium pectori admovens, Apolloniam penetravit, dumque eum inde occidendum crederet, sanctorum restituit, & qui mortem inferre voluit vitam illi conciliavit. Fatendum est etenim, quod

Pau. Aret. de Tribul. lect. 11. f. 173. cap. 1. n. 161.

Ap. Jac. Bill ant. 56. f. 89.

Esai. 26.

Job. 14.

Psal. 59.

adhuc

adhibita hac horrore, lumen aliquod affulgere
 accipiat, ad melius intelligendum vere elegan-
 tem & ingenuum Davidis loquendi modum.
 Dicit enim, quod Deus sic delictis propitius, id
 est, quod dum nos castigat, simul etiam propi-
 tiam se nobis esse commoollret, quia supplicia
 quae magis nobis utilitatem afferunt, ad eod ut
 aliam maiorem iustitiae rigoribus applicat, bene-
 ficentia nobis dispenset, suoque favores imperti-
 tas vobis non minus dando, quam in inimi-
 cas ebris iustoni, hoc vocat propitiationem quod
 vocatur *Dum in peccatis nostris inquit Bern.*
de hac sententia Berengolius interpretatur id quod
supra dicitur, (traus es & miserus es nobis.
id est, ecce flagellum in manibus ad intelligen-
da verba, postea vero subiungit miserus es
id est, quia ad nos iam nos flagellat utilitatem,
aliquid aliud non est, quam nobis facere bene-
ficentiam. O salubris indignatio! o tra mi ericors!
quod dicitur ut subvertatur, sic destruit ut par-
te in se infer ut restituat, sic destruit ut muniat,
ingrue car, quam David Rex a divina Ma-
gnae collabat, gratia, dum inquit, Ne decli-
neris a sergno, quia sciebat, quod licet
verba Dei in apparentia livores caulant, reapse
innumera sint beneficia, q. d. tamen si mihi i-
ustitias, ne tamen discedas a me, quia si me fla-
gellaveris, tunc tibi beneficium optimeque
salutem experiat. Ve quis potitur in hac vita
indignati Dei supplicia, beneficia esse fateamur,
inquit sanctus Cyprianus, Deus pl. 88. iis qui
praecpta legi sine transgressi fuerint, neque per-
directas virtutis semitas ambulaverint, sed por-
teribus vel factis iustitiam suam profanave-
rint, scilicet committatur poenam quandam, in-
equitibus ipsorum correspondentem, & dicit
quodammodo virga iniquitates eorum, quis est hic
loquendi modus o Domine, visitabo? cur non
potius dicitur visitabo, flagellabo, vulnerabo, la-
cerabo? aut cur non alio verbo in eundem sen-
suum comparante uteris? declarant hanc diffi-
cultatem S. Athan. & Hugo Card. per hanc
etiam adjectionem, visitabo ut medicus & pater,
Medicus etenim infirmum quendam visitans,
venae quidem sectionem illi praescribit, aut me-
dicinam amarum porrigit, sed totum in vita
suae redondat beneficium. Unde S. Augusti-
nus ait, (quod tam piura, quam Medicus fecta-
mentum ferens? plorat urendus & unitor non
est, est illa crudelitas, absit ut medici saevitia dica-
tur, laevitia vulgus ut homo sanet. r.) Etenim

quando Deus culpae tuarum magnitudine
 permotus, iustitiae suae virgam in te extendit,
 quid facit? te visitat, & ut te curet, & sanet, me-
 dici officium explet. Integro anno a febris op-
 pressus, lecto delixus adhaeres, non quiescis no-
 cte vel die, nunc si gustet premit, nunc calor
 adurit, mox siccis affligit, nunc cibum fastidus,
 denique vires deficiunt, factusque es velut pel-
 lis quaedam & osium catastrophe, eo nimirum
 reductus, ut tantum non animam exhales, noli
 tamen ob id dolere o frater, quia favor est, quem
 tibi Deus te visitando exhibet: *Visitabo in vir-*
ga. Ita S. Paulinus Marcella scribens ait: (Ma-
gnificamus in te Dominiom, quia saluifero
paterna pietatis verbera visitavit.) In vico civi-
tatis tuae commissum est quoddam delictum,
Deus, qui te in eam perfectionem, quae in Chri-
stiano requiritur, parum, vel nihil inclinatum
esse videt, permittit, ut tamen innocensissimus
sis, in te tamen totus commissi sceleris reatus
conspiciatur; atque ideo vel tanquam simplex,
vel tanquam principalis delinquens in carceratis,
& ad sextam usque mensum in subteraneum car-
cerem detineris, donec ab humoris abundantia
marectas, & visum in renebris amittas, nullus
est qui tibi loquatur, ad eod ut nec universale quid-
dem hominis solatium lamen videlicet, tibi
affulgere permittatur. O misera innocentia
ab omnibus desolata! Veruntamen noli dolere,
o frater. Specialis quaedam gratia est, quam tibi
Deus praestat, dum per hanc te in carceratio-
nem visitat: visitabo in virga. Equod autem
inde commodum vel utilitas elicitur? In tali ne-
cessitate constitutus, vota Deo promittis, votis
a te assumuntur sanctorum devotiones, in Sab-
barho in pane & aqua jejunare propositis, con-
jugi, ut coronam, vel officium B. Virginis tibi
mittat praecipis. O quam salutaris est haec vi-
sitatio, siquidem per illam totus factus es Dei;
te enim ab illo carcere egredientem pristinae
deserunt animi infirmitates, non divagatis ex-
tra domum tuam nocturno tempore, malis
nuntium remittis societibus, ludis & jocis
ultimum vale dicis: Visitabo in virga. Praeterea
iter per mare infirmis, in eaque qua veheris
navi, merces tuas simul omnes habes recondi-
tas, in quarum comparatione ingentem colloca-
sti pecuniam summam, speras quidem illas
in portum usque salvas perducere, domum-
que tuam completo itinere locupletare: De-
us autem permittit, ut vehemens quaedam

D. Pauli.
 ad Marcellam ep. 49

Visitabo in virga
 Visitabo in virga
 Visitabo in virga

in mari oriatur tempestas, quæ aquarum undas in tantam redigat furiam, ut navis inde tegatur & submergatur, aut à ventis in alias transferatur partes, ubi manifestum allisionis ad scopulum, & consequenter ob imminens naufragium, vitæ pariter & mercium deperendarum subis periculum: nec tamen id admittitis, Deo enim placet, hanc tibi in summum beneficium immittere visitationem: *Visitabo in virga.* Verum quænam inde in te redundat utilitas? Paucis id tibi edicam ac proinde dic fides: Quot præterire anni à quibus sacramentaliter non es confessus? Si vetum fateri velis, à multis annis te confessum non fuisse fateberis; Agedum hoc igitur tibi periculum in mari immitit Deus, ut commisos incipias advertere errores, quod scilicet veluti bestia quædam vixeris, quod nil Christiani hominis præter nomen haberis; Ideoque mille tibi anni tempus illud esse videtur, quod labitur donec ad Confessarii pedes prosterneris; & tot culpatum à Deo veniam postules, eique pro hæc visitatione debitas gratias referas. Verè hæc sunt itinera, quæ per terram summam instituntur, in hoc namque itinere securè ambulatur, ac tandem felicitates portum assequimur: viarum quid in incommoda, calamitates reputamus, at verò si ea bene consideremus, felicitates meas fuisse dicere cogimur, & in has vel similes voces sæpe numero erumpimus, sicut benedicta infirmitas, benedictus carcer, benedictum naufragium, milleas Deus gratias à me habeat, qui mihi per has visitationes dignatus est favere: *Visitasti me in virga;* unde & cum Philopho illo in casu dicere possumus: *Perieram ne perissem.* Lazarus Evangelicus à Divinâ clementia per mendicantem famem, & ulcera visitatus fuit: *Erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam divitis, ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa divitis, & nemo illi dabat.* Verum quodnam ex hisce favorabilibus Dei visitationibus in eum redundavit beneficium? Nunquid auditis in sacro textu: *Factum est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum abrahæ?* Num tibi hoc parum esse videtur? veniat itaque Deus, & hisce me visitationibus dignetur, affligat me, castiget & flagellet me, mihi immitat ærumos, infirmitates, infamias, tempestates, afflictionibus quoque meis novas calamitates adjungat, semper enim cum in victo pa-

triente replicabo: *Sit nomen Domini benedictum;* Job. 1. faciamque echo quandam respondentem devotis Magni Patris mei verbis: *Hic ure, hic seca, hic non parco ut in aeternum parcas.* Verum enim verò, quot hodie reputantur mendici Lazari, necessitate & inedia coangustati? Vos qui facultates habetis, his succurrite: Si enim Epulonis crudelitatem imitati fueritis, eandem mortem subeuntes, eandem quoque sepulturâ tumulamini.

PARS SECUNDA.

14. *Indubatur purpura & bysso.* Hic in Epulone notatus & castus, non minus nostris hisce temporibus, quam sæculis superioribus in valente siquidem tam in viris, quam in mulieribus vestimentorum luxus nimium excedit; Benedictum adverte Chrysolomus tomo quinto orat. Kalend. habita dicens: *Eni quæ molliu u/u delapsi sunt homines, ut & calceos, & ex omni parte (aque enim ac faciem suam nonnulli componunt) variare solent;* Unde Chrysolomus istud tantum à signo vel præteranimum in purpura & depravatam voluntatem arguit: *Quod nam tinctura & depravata signum est: licet enim hoc per exiguum esse videatur, tamen tum in viris, tum in feminis magnum perditæ mentis argumentum & significatio est.* In illis autem, quibus eo modo vestitis esse non convenit, videtur, quod per modum antecedentis & consequentis, simul conjuncta sint, vestis ex purpura & bysso, & sepultura in inferno. Quodnam in aspectu alicujus personæ pulchritus desiderari ornamentum potest quam honestas & modestia? Audi Chrysolomum homilia 21. ad populum: *Fit ornare faciem? non margaritis orna, sed modestia & honestate.* Unde Sanctus Gregorius Nazianzenus in oratione de ejus laudibus motus & venustatem famose Gorgonia celebraturus, melius aut ad præsens propositum apertus in venire non potuit medium, quam ut in ea ornamentorum & vestium puritatem laudaret: *Ne hæc quidem, quam laudandam suscepimus, lasciviorum quam ornata delictata est, verum ornata contemptum pulchritudinem judicavit.*

15. Hic iam atque etiam tantam mihi in dicendo vim præsto esse optarem, quantam ad detestacionem superbarum vestium, quæ honestissimarum domum manifesta ruina sunt, omnibus inculcandam abundè suffices

ter; sepe numero enim multae inveniuntur virgines, & conjugatae, quae ampliores in vestibus suis divites circumferunt, quam in cunctis bonis habitibus & mobilibus eorum possideat maritus: hanc enim confite & per modum transeuntis aliqua in hominis particula in sinuabo, reputationi & animae eorum personarum, quae superbia vestium amatrices sunt, multum praestant dicuntur. Demosthenes Philosophus eisdem superbiae vestire occurrentes, sententiose eisdem dixit: O compositum hoc est quibus amicis pannos, aut eorum vestem fuisse nosti? (Hec tu, hoc ante te ovis fere solebat, & ovis fuit.) De Aureliano Imperatore Flavius Vopiscus scribit: (Vestem habundantem neque ipse in vestitio suo habuit, neque aliter utendum dedit. Et cum ab eo uxori responderet: Abire ut autem sibi pealeretur.) Ob hoc quaeque sanctam Lysandram & Archidamum filiam suam, dicit illam a Dionysio Siciliae tyranno iis tantum illa spolia acceptae deformitatem, quam comitatum concubatum iis: *Timentes maxime ne si formosae huius fierent: certum eum est in hac aetate Heronem confidit: quod vestium consuetudo deformitatis mentium, & motum sit indicium.* Et alibi subiungit: quod *quasi amplius corpus foris propter vanam gloriam ornatur, tanto interius anima fradatur & perditur.* Idem sup. Millus est. Nam corpus superfluis panis vestiant illi, qui animum habere solentum virtutibus *vanum cor vanitate vanam ingerit corporis, non tanto curaretur corpus, nisi prius neglecta fuisset mens in vultu virtutibus.* Atque id eod. superbas vestes mulieres parvas, quam viri sibi habere autumant, ut scribit Iulianus Cyrtanus lib. de hab. viig. *Auro & margaritis ornatae & mobilibus, ornamenta mentis & corporis perdidit.*

16. Unde sanctus Iohannes Chrysostomus ait, ut eas sepulchro compararet. At vero respondet: *Quidam mulieribus pompose ornatis commone mercede cum sepulchris, possunt ne obiecta detestabiliora inveniri illis? Sepulchra honorum fecerunt, mulier autem eleganter vestita, gaudium spiritus & letitiam. Enim vero in hoc, praecipue similitudinem curare existimo necesse utrumque; videte sepulchrum quoddam, quot elegantius compositum ex intrinsecis? quot in eo sculpturas, calaturas, inscriptiones, marmora, statuas, emblemata, epitaphia, elogia, quae*

omnia animum hominis rapere nata sunt cernis? cum tamen sub illo lapide sordida contineantur, & putrida cadaveris ossa. Nunc igitur cum sancto Chrysostomo homilia 3. ad pop. Antioch. id praesentis proposito applicetis, dicentes: *Molles, dissoluti, fornicarii corporis munditiam curant, jugiter olentes iniqua, sepulchrum ornantes (sepulchrum enim eorum corpus est) animum vero intus habent mortuum.*

17. Quod si personae honoratae scire velint, quantum nugatoria huius temporis ornamenta eas dedecant, Clementem Alexandrinum lib. 2. paedag. legant, qui ex superbo vestitu nil nisi finitum iudicium formati posse affirmat: (Metricis, aut, est corpus ornare, e contra vero est proba que foeminae atque viri ornate mentem.) Unde Lacedaemonii, ut supra dicitur Alexandrinus refert, Coenogibus suis quodvis superflui ornamentum genus prohibebant, illudque solis laesae sanae coenae permittere solebant. (Laudo ego, inquit Clemens Alexandrinus idem ibi. cap. 10. & admittit Lacedaemoniorum civitatem, quae solis metricis floridas vestes, & aurum mundam gestare permittit, ac probis mulieribus munditiam auferens quod solis metricis se ornate concede et.) Verum enim vero observate obsecro, & Auditores, quod Clemens pompas vestes floridas appellat: *Floridas vestes.* Sic etiam Basilus Seleucus cap. orat. 6. de mulieribus a Caino descendentes, quas ut in Genesi cap. 6. legitur alii sibi desponsaverunt, loquens dicit: (Videntes filii Dei filios hominum, quod essent pulchri, acceperunt, dicit, Filias ex posteritate Caini, conspicati splendidas & ornate florentes eorum vestes.) Quid autem per haec verba: *Ornate florentes, inferre intendit? Quidnam flores cum vestibus commune habent? Credo eum insinuate voluisse, quod vestium ornamenta, & luxus flores sint, ex quibus postea producuntur fructus luxuriae.* Bene id ipsum Tertullianus ad uxorem cap. 4. annotavit, dum ait: *Florida enim vestis de proximo curat luxuria negotium.*

18. Adversus hoc abusus magna cum exaggeratione & fervore S. Hieronymus loquebatur, dum eos, qui in concinnando vel vultu, vel comâ, vel vestium ornatu affectatâ indultâ student, graviter reprehendit, dicens: *Crimes à fronte demittunt, ensem pollicent, utuntur pigmentis, astrictas habent manicas, vestimenta sine ruga, soccosque crispantes, ut sub nomine virginialis venedibilis pereant.* Ac proinde sanctus Pater: nollet

D. Hieron. ad Demet.

D d 3 Augu-

Handwritten notes in the right margin, including the word "medicab" and the number "26".

Augustinus in regula sua nos monet, ut moribus, non verò vestibus placere studeamus: *Nec affectibus vestibus placere, sed moribus.* Et sanctus Cyrillus Hierosolymitanus: *Vestitus simpliciter non ad ornamentum, sed ad necessitatem.* Benedictus XI. te & nomine vere benedictus, cum jam electus Pontifex in throno consideret, matrem, quæ de supremâ illi dignitate congratulatur, & pedes ejus osculatum venerat, benigne quidem suscepit; at veto, quia nimis superbe valdeque pomposè vestita erat, summus Pontifex eam se non agnoscere simulavit, dicens: *Tunc mater mea es? Saltem ego te eam esse minime agnosco, imò tantum in te factum, & atrogantiam valde admiror.* Num forte me jam factum Pontificem oculis hebetat, aut matris meæ effigiem è mente mea evanuisse a bitaris? Scio etenim quod mater mea mulier sit humilis conditionis, ideoque vulgari induta veste procedat, quæ proinde nullam unquam vellem sericam, aut pretiosiorẽ corpori suo adhibuit; ac proinde apagesis, inquit, fallax mulier, quæ te Pontificis matrem esse mentiris. Quæ verba Sapiens hæc mulier, intelligens, superba mox indumenta exuit, simpliciorque cultu sese confestim induit, prouti alias quotidie indui consueverat: Sicque induta ad Pontificem rediit, quam Pontifex videns, eam cum reverentia, & ceremoniarum apparatus, qui Pontificis matrem decebat, excepit; per hanc porò actionem demonstrare sanctus hic Pontifex voluit, in quam vili æstimatione vestitus vanus & superbus apud Deum & sapientes homines semper fuerit.

19. Eam pro dolor nunc vivimus ætatem, in qua is, qui panem quo vescatur non habet, more tamen Principis vestiri nequaquam erubescit; quovis nunc die novæ vestium mutantur ideæ, dum nunc Hispanicè, nunc Gallicè vestiuntur, idque tanto cum sumptuum dispendio, ut etiam quatuor pannorum petiæ medio mulieris brachio vestiendo non sufficiant. Modum utriusque observastis, quo Moyses de formatione viri & mulieris summâ cum differentia loquitur, de illo enim dicit: *Formavit, fecit, creavit;* Genes. 1. De hac verò *Ædificavit; Tuliit unam de costis ejus, & replevit carnem pro ea. & ædificavit Dominus Deus costam,* quam tolerat de Adam in mulierem. Genes. 2. Etenim hic loquendi modus valde mihi improprius esse videtur, quia ædificare & ædificari fabricis & palatiis convenit, quæ

proinde ædificia appellantur; formatio autem & generatio prolis in utero materno improprie ædificatio appellatur: Quomodo igitur Moyses affirmat, quod Deus ex costâ Adam mulierem ædificavit? Mota est etiam hæc difficultas à Roberto Mauro lib. 1. cap. 14. in Genes. p. 4. dicitur ait: (Typico verbo usa est Scriptura, ut non diceret: *Fecit, aut formavit, aut creavit, sicut omnibus supra operibus, sed ædificavit, loquitur Dominus Deus costam, quam tolerat de Adam in uxorem*) Tandem verò respondet: *Mulierem ædificium appellari posse, (non tanquam corpus humanum, sed tanquam domum);* Mulier enim domus illa est, in quâ homo penitus quam in hunc mundum nascatur, novem mensibus habitat. Alii verò asserunt; Moysen hoc verbum *ædificavit* usurpasse, eò quod tantum impendatur ad investendam aliquam mulierem, maxime quando sponsa est, quantum ad ædificandum aliquod palatium.

20. Præsentem discursum per historiam quandam à multis sacris Scripturis, præcipue verò à S. Bernardino de Sibus relaxam claudere statui. Hic enim refert, quod S. Ambrosius cum S. S. Cypriano & Zenone discipulis suis in una societate ambulaverit, cum ecce Zenon ex improviso effusillimè ridere cepit, adeo ut S. Ambrosius admittatus eum interrogavit cur rideret, cui ille respondit: *Sicut ò Pater videres, quod ego video, pariter mecum risurus esses, eoque demonstravit integram demonum cohortem in peniculantem sive caudas vestium aliquam formationem sedentem & dormientem, cumque illa per viam lutosam transiret, caudas vestium suarum manu levarent, ne luto conspurcarentur, demones illi ab extremitate vestium pronus in lutum incidentes, in eoque se circumvolvunt, eas quoque in lutum cespitando cadere fecerunt, adeò ut non tantum vestes, manus, vultum, sed & totum corpus foede, tanquamque detædarint. Unde Zenon à risu se continere non valuit: (Propter quod ego etiam, inquit, videns istud solatium, non potui me continere à risu,) ut scribit S. Bernardinus. Hæc patet, vestes superbas demonum retinentiam esse; & lapsam in lutum, omen fuisse paræ-*

... in infernum, ut accidit Epuloni, qui induba-
tur parvulus & sepultus est in inferno. Un-
de dicitur: *Docuit Christus neminem oportere*

terere delicias uti, neque in secularibus oblectamentis l. 4. c. 4. fol. 298.

S E R M O XV.
IN FERIAM SEXTAM
DOMINICÆ SECUNDÆ
QUADRAGESIMÆ.

Homo erat Pater familias qui plantavit vineam. Matth. cap. 21.

Admōdum delectabilis est bonorum
librorum lectio, & quidem quanto
est argumentum libri rari & curio-
sus, & stylus modeste tractandi
ingeniosior, tanto magis legentium alliciunt
delectant animos. Porro nolo vos hoc mase
veritate ad tempus vestrum tranfigendum le-
gendo heretica Homeri vel Palamedis poemata:
vel Historias Curtii, Justinii, Cæli vel Flori: nec
pervolvendo Cæsarum Commentarios, aut Plu-
tarchi vitas: nec revidendo legislatorum Lycur-
gi & Solonis præcepta; nec mathematicis Eu-
clidis & Archimedis demonstrationibus studen-
do, nec speculando Aristoteliæ Anaximandri,
Alicæ, vel Zoroastri: non legendo Aphorismos
Hippocratis, vel Avicennæ Canones, nec Philo-
sophiam Platonis, vel Aristotelis; nec moralia
Senecæ vel Gregorii Magni; multo minus sub-
tilitates Theologicas, Scoti, Thomæ, Bajonis,
vel Augustini: sed librum quemdam vobis de-
monstrabo à divina Sapientia compositum, est
que non alius quam totam hoc universum. Hoc
est liber quidam est, in quo creatricis dextera
opera registrata conspiciuntur & in admiratio-
nem trahuntur. Hunc Librum Trismegistus in
p. Symonidi mox ut legit, hoc insigni præconio
pauca celebravit, dicendo: *Liber est hic Divinitus
scriptus & speculum Divinorum*, de quo etiam
sanctus Basilus Magnus homilia in Exam. scri-
bit: *Universa hæc mundi moles perinde est, ac liber
hæc creatus: palam prædicant Dei gloriam, illiusq;*

augustissimam Majestatem. Et Nicephorus Calli-
stus in hist. Ecclesiast. refert, quod sanctus Anto-
nius interrogatus, quomodo in Eremitico solitariis
absque ulla cum libris habita conversatione sub-
sistere posset, utpote in quibus mentem pasceret,
& quorum lectione animus solitarius tempus
suum utilissimè transigeret, respondit: (Librum
suum mundum esse in quo rerum creatarum na-
turam, & Dei oracula legebat: ibi enim Dei sa-
pientiam, potentiam, & virtutem admirabatur.
O quot stupenda prodigia in hoc libro repe-
riuntur, quæ nostræ sunt contemplationi subje-
cta. Et quidem imprimis ad primum hujus li-
bri folium, terram scilicet, oculos vestros dirigi-
te, quæ miraculorum est characteribus conscrip-
ta, herbarum pulchro peristromate vestita, flo-
rum gemmis distincta, abundans fructibus,
copiosa in arboribus, opulentissima in pomis
cytricis & aureis, ac proinde omnigenarum deli-
tiarum hortulus, nec non theatrum quoddam,
in quo ad partes suas obeundas velut in scena
quadam singula quatuor anni tempora successi-
ve comparent & in publicum procedunt: cujus
denique viscera à virtute Solis fecundata, ar-
que ex mineralibus, & metallorum ætatis, seu
aurifodinis imprægnata & gravida, gemmas
pariter, argentum, & aurum parunt. Alteram
quoque chartam vertite, in ea enim incredi-
biles, quos in medio sinu locuples reservat
Oceanus, invenietis thesauros, videbitis non
tot strobilibus vestitas esse arbores, quæ in
lectæ

Handwritten notes in the right margin, including the number '26' and some illegible text.